



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Concilivm Belvacense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

350 ALEXANDER C. ANGLICVM. FRIDERICVS I. IMP.
P. III. HENRICVS II. R. ANGL.

Petri constituit, cum inter schismatica persecutionis fluctus periculosus
estuaret, vobis contulit Deus in pueritia super senes intelligere; & ad
futuram natura canitiem maturiore morum senio peruenire. * Fluxus * Flos
adolescentia motus in vobis ratio magistra cohibus, ut omni lascivie
libertate præcisa, nec forma, nec nobilitas, nec opum exuberantia, nec po-
tentias, nec cetera, quibus pudicitia expugnatur, propositum interuerteret
castitatis, sed modestia in omnibus conuersatio plus angeli quam ho-
minis exhiberet. Ceteras virtutes, quibus miraculoſe fulgetis, sub silen-
tio preterimus: nec enim nostra præconia mendicatis, cuius honestatem
& prudentiam fama celebris latifime promulgauit.

Hæc de Vvilielmo Petrus, cuius testificatione constat, de Seno-
nensi translatum ad Rhemensem ecclesiam, vbi pro sancto Thoma
Cantuariensi episcopo strenue egit. Tales erant qui pro Alexandre
aduersus schismaticos iniere certamen.

CONCILIVM ANGLICVM
EPISCOPOVVM NORTHMANNIÆ
apud Nouum mercatum celebratum, de receptione
papæ Alexandri, & refutatione Victoris antipapæ, an-
no Domini MCLXI. tempore Alexandri papæ III.

N O T A.

Alexander
papa in An-
glia recipi-
tur. * Concilium.] Anno 1161. mense Julio, inquit Robertus de Monte
in appendice ad Sigebertum, Henricus rex Anglorum congregauit
omnes episcopos Northmannia, & abbates, & barones, apud Nouum
mercatum, & Ludouicus rex Francorum adunauit suos Beluaci; & ibi
tractatum est de receptione pape Alexandri, & refutatione Victoris: &
consenserunt Alexandro, reprobato Victore. Hæc ille.

CONCILIVM BELVACENSE.

N O T A.

* Concilium.] Eadem de causa eodemque tempore in Gallia cele-
bratum fuit, vt patet ex verbis prædicti continuatoris supra reci-
tatis.